



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti Auenionensis**

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Pars Qvinta. Quinto, illis cómminatur uerbi defectum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

COMMENTAR. CAPVT V. 48

quod ad humorē mittit radices, & in tempore siccitatis,
non erit sollicitum. Hier. 17. sed erit uiride, fructumq; suū
dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, et omnia
que cunq; faciet, prosperebuntur. **Psalmo primo.**

Quia cognoui, uidi, sciui, multa scelerā uestra, fortia,
obstinat, grauita, enormia, peccata uestra. **Qui estis ho-**
stes iusti: hoc est, iustitiae. Iusti, non est adiectuum, sed sub-
stantuum. Adcipientes munus, ad peruerendum iudicium,
um, contra prohibitionem Dei excelsi, qui ait Exo. 23. &
Deutero. 10. Non adcipias personam, nec munera, quia
munera excæcant oculos prudentium, & muuant uerba
iustorum. Et pauperes deprimentes in porta: in qua sede-
bant, ad populum iudicandum. Per id liquet, hunc locum
esse aduersum impios iudices, & rectores populi.

P A R S Q V I N T A.

Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia
tempus malum.

Qvi Dei sermonibus contradicunt, recte illis pri-
Quantur, & crudelissimo cæcitatris flagello puniun-
tur. **Vides hic causam, propter quam, in cæco &**
mendaci naturalis sensus iudicio relinquimur, & uerita-
tis sermo à Prophetis auferitur. In tempore, inquit, illo ta-
cebit prudens, Deo auferente uerbum, aut nolens effunde-
re sermonem, ubi uidet, quod nō auditur, sicut præcipitur

F 5 Eccles.

FRANC. LAMB. IN AMOS

Ecclesi. 32. Nemo enim prudens tum loqui dignatur, cum uidet eloquia sua non audi, sed abjeci et floccipendi, quod & Prophetæ sancti faciunt, ubi liquido cernunt, non nisi in improperium uerbi, uerbum ipsum praedicari.

Porrò, ubi silentur ueritatis eloquia, necesse est, omnia esse perturbata, confusa, plenaq; mendacijs. Mox abundant in p. & Dæmoniorum, impostorūmque doctrine, & Dei ueritas pro mendacio habetur. Demum, iuxta uerbum & doctrinam, que à populo suscipitur, mores quoque eius aptantur, & dies mali fuent, in eis scilicet multa regnat impietas atque malitia. Et quo magis siletur ueritas, eo tempora fuent deteriora, & Dei Prophetis indignior mundus fit. Ideo præsente hoc malo tempore, prudens uerbi minister silet, donec propilio D O M I N O, redeant tempora meliora. Prudens quoque silet, cum illi uerbum non tribuitur, quod annunciet.

Hoc fuit iudicium præcedentium saeculorum, quod donec tempora mala implerentur, prudentes & Prophetæ non habuerunt uerbum Domini, & ideo siluere. Nam quia non multo post Apostolorum tempora, fuerunt abque numero pietatis hostes, abominantes illos, qui perfecta Dei eloquia adserabant, suscipienteſq; mendacia, somnia, ac figmenta sua, ac secundum illa uiuentes, abscondit sensim Deus ueritatem suam à prudentibus, ita ut non aliud, quam hominum traditiones & mandata docerent, quibus populum sanctum à Dei lege auerterunt, & inua-

COM MENTAR. CAPVT V. 45

luerunt in hunc usq; diem pestifera errorum sæcula, sicut
nullus sane mentis, non aperte uidet. At de his latius egim-
us, libro de causis excæcationis, eorundem sæculorum.

P A R S Q. V I N T A.

Quærite bonum, & non malum, ut uiuatis,
& erit Dominus Deus exercituum uobiscū,
sicut dixistis. **O**dite malum, & diligite bonū,
& constituite in portis iudicium, si forte mi-
sereatur Dominus Deus exercituum, reli-
quijs Ioseph.

Nculcat Deus clementissimus, ut resipiscant, odientes
malum, & adhærentes bono. **Rom. 12.** **Q**uærerit bonum
& illi heret, qui soli deo fudit, quemadmodum paulo-
ante uidimus, ibi quærerite, me &c. **E**xplícte autem dicit,
quærerite bonum, & non malum, quod bono & malo, non
poſſit quisquam simul adſici, nec duobus aduersis domi-
nis, quisquam ſeruire ualeat. **Matth. 6. & Lu. 6.** **V**oluit
autem ab eis quærer bonum, ut uiuerent, uera uita, que est
ex fide, eo quod quisquis uere credit, quod est quærere bo-
num, fide uiuat, itidem ut uiuerent, hoc est, ne perderen-
tur, & interirent.

Eterit dominus &c. **Q**uemadmodum Christo prædi-
cante, illi gloriantur, quod dei & Abrahæ filij eſſent,
ita & tu. **P**roinde ait Deus. **V**os dicitis, quod sum uo-
biscum

FRANC. LAMB. IN AMOS

bisum, sitisq; populus meus, quod esse non potest, dum
sic odio habetis corripietes in portis, ut etiam nullum qui
reclie iudicet illic constitutatis, ac dum hæretis malo, &
Prophetas ueritatis persequimini. Quærite infelices bo-
num, illudq; diligit, malo autem abrenunciate. In portis
uero iuxta præceptum meum. Deut. 10. Pios iudices con-
stituite, qui uos iudicent, & doceant, non alioqui quam se
cundum uerbum meum. Tum dominus Deus exercituum,
erit uere uobiscum, sicut dixistis. Est nobiscum Deus, cum
nobis auxiliatur, & nos in gratiam recepit. Nobiscum
autem non dicitur esse, cum nos reprobat, ac in flagellis
& aduersis deserit.

Odite, ait deniq; malum &c. si forte misercatur &c.
Septua. habent ut misereatur &c. Domus Ioseph, hoc est
Israël, qui idcirco Ioseph dicitur, quod iniquitates do-
mus Efraim filij Ioseph imitatus est, haec iniquitas, est
uitolorum cultus, à Hyeroboam Efrateo excitatius.

P A R S S E X T A .

Propterea haec dicit Dominus exercitu-
um dominator. In omnibus plateis planctus,
& in cunctis que foris sūt, dicetur: Veh, Veh.
Et uocabunt agricolam ad luctū, et ad plan-
ctum, eos qui sciunt plangere. Et in omnibus
uijs erit planctus, quia pertransibo in medio
tui dicit Dominus.

Toties